ORIGENES

Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh.

Seite 119r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

quantum ad mysticum pertinet intellectum sed et moralem
in his non obmittam locum. aedificat enim animas auditorum;
Igitur et in te si moriatur ioseph. id est si mortificationem christi in
corpore tuo suscipias et mortifices membra tua peccato. tunc
in te multiplicantur filii israhel; [erased] sensus boni et spiri
tales [erased] Si ergo sensus carnis mortificetur. sen
sus spiritus crescunt. et cotidie morientibus in te uitiis uirtutum
numerus augetur. Sed et terra te multiplicat in operi
bus bonis quae per officium corporis ministrantur. Uerum
sius ut ostendam tibi de scripturis quis est. quem terra mul
tiplicauerit. Intuere apostolum paulum quomodo dicit.
Si autem uiuere in carne hic mihi fructus est operis. et
quid eligam ignoro., Coartor enim ex duobus desiderium
habens dissolui. et esse cum christo; multo enim melius;
Permanere autem in carne magis necessarium prop
ter uos. Uides quomodo hunc terra multiplicat.
Dum enim manet in terra. id est in carne sua. multi
plicatur condendo ecclesias. multiplicatur adquiren
do populum dei ab hierusalem in circuitu usque ad
illiricum dei euangelium praedicando., sed uideamus
quid addit in consequentibus.. Surrexit autem inquit
rex alius in aegypto qui nesciebat ioseph. et dixit
genti suae; ecce genus filiorum israhel grandis multitudo est.
et ualet super nos;